dēcrepitus, a, um. *adi.* **Etym** de, crepare. **DRom** *cast.* decrépito, *cat.* decrépit, *fr.* décrepit, *it.* decrepito, *rum.* decrepit. [**Freq** humilis **50** [indicia] **3,7** [/d.c.m.] 201 Plaut] *uocabulum uariis auctoribus temporibusque usitatum, scriptis litterariis argumentatiuis dramaticis narratiuis aptum, prosa praecipue, usibus mediis; inde ab originibus inuenitur, fine antiquitatis abundantior.*

Variatio		indicia	p/d.c.m. subc.
operum	argumentalis	30	4,1
	dramatica	7	16
	exponens	2	0,73
	narratiua	11	3,6
diachronica	III-II aec.	7	17
	I aec.	1	0,36
	I-II ec.	8	2,1
	III-V ec.	34	5,1
diaphasica	docta	2	1
	media	42	3,8
	quotidiana	6	14
diastratica	litteraria	50	4,5
modus	prosa	41	3,4
	uersu	9	5

¶ *uocabulo* crepare *oppositum, quod usus de rebus uel hominibus semper habet qui uiuide fortiter subito sonitus prouocant aut ipsi crepant,* decrepitus *absentiam huiusmodi characterum significat; igitur hoc adi. attribuetur hominibus qui tales rupturas facere uel labores efficere iam non possunt, propter aetatis debilitatem uel quod corporis torpentis uita iam effugit • frente a crepare, cuyas actualizaciones o usos siempre tienen que ver con cosas o personas que vívidamente, enérgicamente, repentinamente provocan ruidos o ellas mismas estallan, decrepitus implica la ausencia de tales características: este adjetivo se aplicará, pues, a personas que ya no se hallan en condiciones de provocar tales desgarros, debido a la flaccidez de la edad y a haber sufrido el escapar de la vida de un cuerpo ya ajado y casi inerte* 🕮 Paul Fest 62. Decrepitus est desperatus crepera iam uita, ut crepusculum extremum diei tempus. Siue decrepitus dictus, quia propter senectutem nec mouere se, nec ullum facere potest crepitum.

etiam fortiter loquendi inhabiles fiunt, quod erat usitatum uocabulo crepare *• o incluso son incapaces de hablar con brío o energía, uno de los usos de* crepare 🕮 Isid Orig 10.74. Alii dicunt decrepitum non qui senectute auulsus est, sed qui iam crepare desierit, id est loqui cessauerit.

quamuis propinquitas cum uoc. crepare *explanata sit quia senectus cum garrulitate saepe coniungatur • no obstante, también se explica esta relación con* crepare *por la tradicional identificación de vejez con charlatanería* 🕮 Don Ter Ad 264. *crepare* unde decrepiti dicti sunt clamosi senes.

uel quia senes mortui a propinquis clamose lugentur • o porque los ancianos muertos son llorados a voces por sus familiares • or because dead elderly people are mourned loudly by their relatives 🕮 Don Ter Ad 939. decrepitam cui saepe moribundae crepuerit planctu familia, id est conclamauerit.

minus ueri similis origo a Nonio et Paulo disputata apparet, qui id cum uoc. creper *coniungunt • menos verosimilitud hay en la procedencia propuesta por* Non *que, al igual que* Paul Fest*, relaciona esta palabra con* creper *'oscuro'* 🕮 Non 1.38. crepera res proprie dicitur dubia: unde et crepusculum dicitur lux dubia et senes decrepiti dicti, in dubio uitae constituti. Isid *Orig* 10.74. decrepitus quod morti sit propior et quasi ad mortis tenebras uertat sicut crepusculum tempus noctis. **Gloss** 4.50.29. res dubiae creperes uocantur, unde et decrepiti quorum funera crepitu et clangore familiae iam conclamantur.

itaque ad id quod uetus aegrotum attritum est pertinet • se encuentra aplicado, pues, a lo que es decrépito, achacoso o ajado [**rel** →uetus **dom** *cum senectute coniunctum* senectus, uetus, senex, anus] 201 Plaut Merc 314. hoc facto sese ostendit, qui quidem cum filio potet una atque una amicam ductet, decrepitus senex. 60 Petron 45.11. Dedit gladiatores sestertiarios iam decrepitos, quos si sufflasses, cecidissent. 412-427 Aug Ciu 6.10. Doctus archimimus, senex iam decrepitus, cotidie in Capitolio mimum agebat, quasi dii libenter spectarent, quem illi homines desierant. 🕮 **Gloss** 5.533.16. decrepitam aetate iam fessam.

ut hominem in uitae fine esse comprehendas, quod non sapientiae uel experientiae est, sed corporis declinationis, usitatum est • se utilizó para indicar que la propia vejez ha doblado su última esquina, lo cual no conlleva la sabiduría o la experiencia, sino la decadencia corporal 50 Sen Epist 26.1. Aliud ... uocabulum conuenit, quoniam quidem senectus lassae aetatis, non fractae nomen est: inter decrepitos me numera et extrema tangentis. 🕮 **Gloss** 2.39.38. ὑπέργερος, τετυμβωμένος, ἐφθός 'cocido', γέρων, ταχυθάνατος. 4.53.4. ualde senex.

ex senectutis detrimentis et molestiis uel tristitia, quae saepe homini seni adhaerent • producto de los estragos de la edad y de los disgustos o la tristeza que muchas veces lleva aparejados 350-400 Dict 3.20. *rex* qui maeroribus senioque decrepitus filiae Polyxenae umeris innitebatur. 🕮 **Gloss** 5.415.25. Decrepita fracta uel ueternosa.

item ex luxuria hominem qualemcumque opprimente • o incluso de los excesos que hayan podido presidir la vida de una persona 250 Comm Instr 23.1. decrepitus luxu praecedis.

qualecumque modo, senectuti aptum uidetur, quam illustrat et definit • en cualquier caso, parece un adj. apropiado para la vejez, a la que ilustra y delimita 330 Arnob 2.13.6. erupturos homines telluris e gremio scribit senes canos decrepitos. 🕮 **Gloss** 3.249.43. πρεσβύτης.

in fine Antiquitatis *cum aliqua sensus tenuatio quae in epitheton absoluitur, in subst. peruenit • conforme se advierte un cierto vaciado de significado y un uso como epíteto, se atisba una posible recategorización a sust.* 390-406 Vulg Chron I 36.17. non est misertus adulescentis et uirginis et senis nec decrepiti. 399 Aug In Iob 15. Sed et senex et decrepitus in nobis est.